

950

Verkauf aller Schreib- & Zeichenmaterialien

Papier-Lager

Contouchier-Fabrik

*Visitation -- Livoniae
Vilnae 1611.*

AUGUST LYRA in RIGA

Visitationis Apostolicae Sanctae Ecclesiae
Vendensis et Livoniae Constitutiones editae.

A R.^{mo} D^{no} Joanne Maria Beletto F. V. D. Verellen,
Prothonotario Apostolico, nec non ejusdem Ecclesiae Viri,
Laboris Apostolico

et

impressae jussu Ill. et R^{mi} in Christo patris et D. D.
Othonis Schenking, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopi
Vendensis Livoniaeque et supradictam apostolicam sedem
promoveatis.

Vilnae apud Joannem Karcanum
1611.

Abtschrift aus Rippesha Copie, dinstags die 11. Junij v. Fricke
wurde gehalten in dem 2. in der Kalluonsche Bibliothek
bestehenden 1. und 2. Exemplare.

2

Franciscus Simoneta comes Dei et apostolicae Sedis
gratia Episcopus Fulginatensis, ac S^mi Dⁿⁱ nostri Pauli
Divina Providentia Papae V^{ti} ipsiusque Sanctae Sedis
ad Serenissimum Sigismundum III, Poloniae et Sacciae regem,
ipsiusque Poloniae Regnum et Magnum Ducatum
Lithuaniae etc: cum facultatibus Legati de Latere Nunciis,

Illustri et admodum R^{ev}: D^{no} Joanni Mariae Belletto F. V. D
Clerico Verellen. Prothonotario apostolico et nostro generali
causarum Auditori sinecram in Domino Chonitatem.

De tua pietate, prudentia, catholicae religionis zelo, ac erga
nos et Sanctam Sedem apostolicam fide, et devotione plurimum
in D^{no}: confisi, Tibi tanquam nostro et Sedis apostolicae De,
legato et Visitatori, Ecclesiam Cathedralem Vendenensem ac eju-
dem civitatis et ejus Dioecesis collegiatas et Parochiales, Eccle-
sias= Prioratus, Praeposituras, nec non monasteria tam virorum
quam mulierum, si quae in illa Dioecesi inveniuntur, Hospita-
lia etiam exempta dictae sedi immediate subjecta, vel quocumque
alio privilegio suffulta, eorumque capitula, collegia, cano-
nicos, Dignitates habentes tam in Cathedrali praedicta, quam in
Dioecesi existentes, et personas tam seculares quam Regu-
lares, etiam exemptas juxta sacros canones, et decreta sa-
crae concilii Tridentini apostolica auctoritate visitandi, ac in
illorum statum, formam, regulas, instituta, regimen, statuta,
consuetudines, vitam, ritus, mores et disciplinam tam con-
junctim quam divisim ac tam in capite quam in membris
diligenter inquirendi, nec non Evangelicae et apostolicae

doctrinae, sacrorumque canonum et conciliorum generalium decretis, et sanctorum patrum traditionibus, atque institutionibus inherendo, et prout occasio, rerumque qualitas exegerit, quocumque mutatione, correctione, emendatione, revocatione, renovatione ac etiam in integro editione indigere cognoveris reformandi, mutandi, corrigendi ac etiam de novo condendi, condita sacris canonibus et concilii Tridentini decretis non repugnantia confirmandi, publicandi, et executioni demandari faciendi, abusus quoque tollendi, Regulas institutiones, observationes, et Ecclesiasticam disciplinam ubicumque illae corruerint, modis congruis restituendi et reintegrandi, concilii Tridentini Decreta, si quando introducta sunt, proponendi, introducendi et casto dicti praecipendi et in ipsas personas Ecclesiasticas tam seculares quam regulares, etiam exemptas, et priores, firtas male viventes, seu relaxatas, atque ab eorum institutis deviantes, seu alias quomodolibet delinquentes et alias criminosos quocumque per viam accusationis, vel denunciationis, aut ex officio etiam summarie simpliciter, et de plano, ac sine strepitu et figura iudicii similiter diligenter inquirendi, eosque corrigendi, emendi et puniendi prout iustitia suaserit et ordo dictaverit rationis, et quicquid inde statueris et ordinaveris perpetuo observari faciendi, ac in inobedientes, eorumque fautores et receptatores inquirendi et procedendi, eosque prout Canonicae requirunt sanctiones, et alias tibi videbitur expedire, puniendi, per censuras et poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris et facti remedia, invocato etiam brachio, seculari quatenus opus erit, cogendi et compellendi, ac omnia et quaecumque alia in praemissis et circa ea necessaria et opportuna

faciendi, mandandi, decernendi, ordinandi et exequendi libere et licite auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte vigore nostrarum facultatum, ad quarum insertionem non tenemur, plenam et liberam facultatem concedimus et impartimus, mandantes propterea Reverendissimi Domini Canonici et capitulo Vindobensi, aliisque personis Ecclesiasticis tam secularibus quam regularibus tam civitatis quam Diocesis supradictae, ut tibi tanquam nostro et sedis apostolice Delegato ac Visitatori in praemissis omnibus et singulis prout parcaut, et obediant, tuaque salubria monita et mandata suscipiant humiliter, et illa efficaciter adimplere procurent, alioquin sententiam, sive poenam, quam in nonobedientes rite tuleris seu statueris ratam habebimus, et faciemus auctore Domino quoque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Non obstantibus amplius ac universalibus, Provincialibus, vel Specialibus constitutionibus, et ordinationibus nec non dictae Ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis apostolicis eidem Ecclesiae ejusque ministris, dictae Diocesi sub quibuscumque tenoribus et formis, cum quibusvis clausulis et decretis per quocumque ac quotiescumque concessis, confirmatis, approbatis, et innovatis, quae quoad hoc nulla, tenus cuiquam in aliquo suffragari volumus. Quibus omnibus et singulis, caeterisque contrariis quibuscumque haec vice duntaxat auctoritate apostolica vigore earundem nostrarum facultatum nobis concessa specialiter et expresse derogamus, illis tamen alias in suo robore permaneris.

Datum Vindobae in aedibus nostrae solitae residentiae Martij 10/1610,
pontificatus praedicti Domini nostri Pauli V. papae quinti a. 8.

N. 4. Uppiffl lautat: Franciscus Simoneta Episcopus Fulgin.
Nuncius Apostolicus

locus sigilli

To: Dominicus Porris
Notarius de Mand^o.

Joannes Maria Bellettus F. V. D. Vercellensis Prothonotarius
Apostolicus Sanctae Ecclesiae Vindensis Livoniaeque Visitator
itidem Apostolicus.

Illustrissimo ac Reverendissimo D^{no} D^{no} Othoni Lekenking
Episcopo Vindensi, et Livoniae gaudium, nec non admodum
Reverendis D. D. Praeclatis et Canonis ejusdem ecclesiae
venerabilibus Parochis, atque universo clero Sanctae eccle-
siae Vindensis, Livoniaeque sinceram in D^{no} charitatem.

Quantum ecclesiae Dei splendoris atque utilitatis adferat
clerus sacris legibus instructus, et recte a Pastoribus que-
sernatus, neminem id latere arbitramur, nihil enim ma-
gis ad pietatem Dei que cultum fideles instruere et inflam-
mare videtur, quam vita exemplumque eorum, qui ecclesiae
Dei praesunt, se neque totos divino servitio mancipant
sine merito vos, inquit Dominus, estis sal terrae, lux mun-
di, auctores ecclesiarum, ecclesiasticosque praevideat eorum
pellant. In hos enim veluti ex infimo seculari statu
in altiorem sublatos caeteri fideles oculus conjiciunt, nos
namque recte vivendi documunt. Quare sic dicit et

4
eos vitam, moreoque componere, ut habitu, gestu, incessu,
sermone, conversatione, in omni denique actione nihil ni-
si rectum, maturum religione, ac pietate plenum praebe-
ferant. Tales ut se se omnes praefatae ecclesiae et Provinciae
clerici exhibeant, atque ea ratione ecclesiastica disciplina
na non modo instauretur, verum etiam integra perpetuo
conserveatur, salutaris has constitutiones partim sacri con-
cilii Tridentini decretis, partim caeterorum canonum, sanc-
torumque Patrum sanctionibus traditas, a nobis vero pro
ratione praesentis aetatis concinnatas in publicum eden-
das duximus. Tuae pietatis erit, illustrissime Domine,
eos diligenter inspicere, atque illarum executionem pro
pastorali tua sollicitudine efficaciter urgere, caeterorum
vero officium in earum observationem diligenter incumbere
memores unam optimamque legem legum esse observationem.

De vita et honestate Clericorum.

Cum omne datum optimum et omne donum perfectum deorsum sit decedens a patre luminum, qui dat omnibus affluenter, hortamur omnes in Dño ut ab omni vitio abstineant, ac in timore Dei salutem suam aliorumque operentur.

Quando quidem vero sacerdotibus ex officio incumbit aliena peccata detergere ac malis aliorum mederi, assidueque Deum pro populo exorare, necesse est, ut prae ceteris ipsi vitia fugiant, Deoque per charitatem uniti sint, qui enim mediatores inter populum et Deum constituentur, ejus gratiam bene vivendo promerentur sibi que derideant oportet, ne irari animas ad deteriora provocetur, victimae et enim impiorum abominabiles sunt Del, vota justorum (Deo) placabilia.

Novae quemlibet oportet se ex clericali ordine suscepto, non licentiam peccandi, sed necessitatem recte vivendi consecutum esse, quam vitae perfectionem rasura capitis ad formam coronae facta designat; haec enim circularis figura et corona signum regni est et perfectionis status, angulis coereus qui sordium receptacula esse soleant, exemplo etenim magis instituantur seculares, quam verbis nec recte monitoris personam suscipit, nisi qui actibus propriis aliorum condemnat, amoremque innocentiae ipsa conservatione demonstrat.

Clericos discretos esse convenit in silentio utiles et cautos in verbo, ne aut tacenda proferant,

5
aut proferenda taceant, nam sicut per silentium in discretum qui erudiendi erunt in ignorantia relinquuntur, sic per incautam locutionem in errorem facile puilli inducuntur.

Castitatis imprimis clericos decet esse observantissimos, cum enim templum ac vas Domini sacrarium, que spiritus Sancti esse debeant, valde indignum est si immundiciis et vitae voluptatibus deserviant, vocavit enim nos Deus non in immundiciam sed in sanctificationem, et qui contaminatus est cardinalibus vitis et sordibus, qua conscientia sacrificare praesumat? aut qua fiducia se exaudiri credet? cum dictum sit, omnia munda mundis, coinquina, sua autem nihil mundum, scriptum quoque est. Juro tibi colote, quia ego Sanctus sum. Item mundamini qui fertis vasa Domini, et alibi: nemini detis ullam offensionem ut non vituperetur ministerium vestrum, sed in omnibus exhibeatis vos sicut ministros Dei etc. Omnes in hoc sedulo invigilent, ut patientes sint, mitis, ac mansueti, pii, non iracundi, ac nimis non perturbatis, quando quidem Salvator noster discipulos suos ad evangelizandum mittens omni auro, argento, pecunia ac virga spoliatos esse voluit, ut inelativa ac instrumenta filis ac ultionis eis eriperet, atque intiberet.

Unusquisque bonuram et coronam congruentem in modum circuli habeat, neque eorum nutriet. Vestis sint nigri coloris, humiles ac honestae, sive denique clericali convenienter, nec non ad talos

uoque demissa, ut decentia habitus exterior inter
nam moris honestatem ac integritatem declaret, qua,
quam ex itineris vel peregrinationis necessitate bre-
vioribus uti licebit.

Quemadmodum reprobatur in clericis omnis fastidius,
nimis quoque corporis ornatus, ita conveniens est cleri-
cos sordidis ac lacris uti vestibus, licet id humilitatis
causa fiat, ex eo enim vilesceret dignitas clericalis,
hominesque facile averterentur; nihil ominus parsi-
monia, in victu Christiana non reprobatur, vicenti neque
ornatus corporis moderatus, minimeque exquisitus.

In incensu eluceat gravitas, quae mentis maturita-
tem ostendat; dissolutio enim habitus et corporis men-
tis aliquam in ordinationem indicat:

Stroma clericis deferre minime licet, siquidem clericos
rum arma sunt, orationes continuas, vigiliae, pae-
nitentiae et lacrymae.

Amationibus penitus eis abstinendum est, quod sacer-
dotes in sortem domini vocati et ad ejus obsequia di-
vinitus deputati sint; ideo ministeriis hujusmodi
vacare, quae mentem a divinis officiis plurimum re-
trahunt, ac impediunt minime convenit.

Clericis tavernas frequentare omnino vetitum est, praeter-
quam quod in itinere necessitatis causa ad eas de-
vertere censeorunt vit.

Quandoquidem conversatio clericorum vitae laicorum
longe sublimior esse debeat, ideo a secularibus ne-
gotiis et occupationibus abstinere eos convenit, inter
quas praecipua est profectionum conductio.

Comestiones omnino vitandae sunt, multo magis
vero ebrietas et chorearum saltus, quodsi aliquando

6
do contingat convivio interesse procedat benedictio
refectionem et gratiarum actio sequatur.

Cavendum autem est, ne in hujusmodi convivio abec-
tium vita et mores ab eis carpantur, multo minus
inanes et saeculares fabulae referantur, vicius vero
et cachinni inconditi nullo modo existantur.

Ludos alearum, basillarum, talularum, charlarum,
que ludiarum exercere aut ludentibus adesse et
participare clericis prohibitum esse norint.

Cum mulieribus identidem conversari nemini licet
quodsi visitandi causa eas adire necessum fuerit,
id non nisi duobus aut tribus scitibus aut persona
aliqua honesta praesente, et minime suspecta fieri
debet.

Cohabitatio cum foeminis omnibus omnino inter-
dicta est, ut tanto facilius occasiones peccati et
antiqui hostis invidiae evitentur; quod si earum
opera quis nulla ratione carere poterit, eas tum
non nisi aetate protractas, bonaeque famae, atque
de licentia Illustrissimi domini Episcopi seu ejus
officialis generalis data inscriptis habere permitti-
mus, quam licentiam singulis annis in Synodo
Diocesana renovari praecipimus.

Abstineant prothae a coere monia impositionis
manuum, cum piis personis certus aliquis pa-
tronus et sanctus tutelaris et consuetudine
patris dandus erit, siquidem ex eo simpliciter
ac nudis confirmationis sacramentum se susci-
pere facile suspicari possunt.

De Canonicis et Capitulis.

Cum propter calamitates alioque injurias temporum praeteritorum, residentia in cathedrali admodum neglecta haecenus fuerit, ideo compellantur et nunc canonici et Dignitates habentes per illustrissim. D. Episcopum remediis opportunis ad residendum juxta formam fundationis et erectionis ejusdem cathedralis, constitutiones Summorum Pontificum et Dispositionem decretorum Sacri Concilii Tridentini.

Omnes autem Canonici et Dignitates habentes obeunt officia quae circa cultum Divinum praestari debent, per se ipsos et non per substitutos et ad id compellantur per eundem illustrissim. D. Episcopum, qui tamen poterit concedere facultatem capitularibus se se invicem substituendi in servis ecclesiae.

In choro laudent nomen Domini in hymnis et cantibus reverenter, distincte devotique et horae Canonicae recitentur horis congruis et secundum ritum Praeriarum Romani correcti. Item missae debitis pariter horis pro populi majori consolatione celebrentur.

Assistant et inserviant Episcopo celebranti solenniter et Pontificalia exercenti, eidemque rei Divinae peragenda causa ad ecclesiam venienti cum cappam pontificali occurret concomitantibus canonicis dignioribus et capitulo in porta primaria ecclesiae porrigeatque aspersorium cum osculo manus.

Cum nullae sint distributiones quotidianae ideo inhaerentes decretis Sacri Concilii Tridentini mandamus ut tertia pars fructuum et quorumcumque proventuum et obventionum tam Dignitatum

quam canonicatum et portionum separaretur et in distributiones sive refectiones quotidianas convertatur, quae inter dignitates obtinentes et caeteros canonicos divinis praesentes proportionaliter dividatur.

Hujusmodi autem distributiones ita proportionaliter erunt dividendae, ut qui plus attulerint, plus etiam ad ratam deserviendo percipiant, portionesque non deservientium, deservientibus accrescantur.

Habeant tanquam praesentes in choro qui curam animarum exercent, quae cathedrali annexa est, dummodo in administrandis sacramentis, vel aliis exercitiis, quae spectant ad ipsam animas curam eo tempore occupentur.

Infirmi item vel ob utilitatem aliquam et negotia ecclesiae cathedralis vel capituli absentes quotidianis distributionibus minime carebunt.

Qualibet sexta feria mane ante missam cantualem conveniant omnes tam Praebati quam Canonici in loco capitulari et tractent capitulariter de rebus ad capitulum, ecclesiam, et ad cultum Divinum spectantibus, prout necessitas et rei status exegerit, et eadem die constituantur aliqui ex capitularibus iudex, qui subditorum causas et querelas audiat, illasque judicet.

Canonici sive dignitates habentes, qui non fuerint in ordine subdiaconatus. Saltem constituti ex nunc non habeant vocem in capitulo.

Determinationes autem capitulares, locationesque honorum ejusdem capituli de jure permissae eas tunc demum validas esse declinamus, ubi concurrebit consensus majoris partis capituli in loco capituli in loco capitulari legitime congregati, videlicet si ex

tribus partibus canonicorum simul et dignitatem
habentium interuentium duae consentiant aliter
autem factas irritas declaramus, et contrafacientes
poenis ad arbitrium Illustrissimi D. Episcopi pu-
nicados decernimus.

Ad evitandos vero fraudes praecipimus quod capi-
tulum habeat librum bene compactum in quo
notentur sigillatim sub die, mense et anno ea, quae
proposita in capitulis fuerint cum determinationi-
bus factis et votis singulorum.

Bona autem capitularia sicut conuicia et admini-
strantur per annum oeconomum deputandum in
capitulo, qui teneatur quolibet semestri rationem
reddere capitulo in loco capitulari congregato de
praecipitis et distributis.

Habeat Vindae Magister ab Illustrissimo D. Episcopo
auctoritate consilio capituli eligendus, qui clericos
aliosque scolares grammaticam doceat, quamobrem
eidem magistro assignabitur ex capitulari vel Episco-
pali mensa condigna et designata aliqua merces,
quae quotannis fideliter eidem persoluetur.

Instituatur ab Ill. D. Episcopo ad confessiones fide-
lium audiendas, et a casibus Episcopo reservatis
absolvendum Praenitentiaris aliquis, qui Magister
sit, vel Doctor, aut Licentiatum in Theologia, vel
iure Canonicus, et annorum quadraginta, aut certe
aliquoquiniam, qui aptior pro Locis qualitate reperiri
poterit.

Huiusmodi autem Praenitentiaris dum in Ecclesia
excipiet confessiones cenocatur interim praesent
in choro.

8
Deputetur a capitulo Punctor adnotandos eos Praelatos
et Canonicos, qui se se ab huius divinis absentaverint.

Sit in cathedrali magister caeremoniarum, caeremoniae
autem ecclesiae seruentur iuxta praescriptum caeremo-
nialis Romani a Clemente VIII editi.

Construatur archivium in cathedrali ecclesia seu in
loco comodo et tuto, ubi seruentur monumenta et scrip-
turae, iura privilegia et huiusmodi spectantia tam
ad ipsam cathedralem quam ad omnes alias ecclesias.

Ut succurratur civitatis Vindensis et eius districtus
animabus, quae petunt panem, et non est qui
frangat eis, ideo sint in cathedrali duo concionatores,
res ordinarii, unus Lotaviceae Linguae, et alter
Germanicae, Polonicae vero si fieri poterit.

Meminerint insuper Praelati et Canonici subditos
capituli non esse tractandos uti mancipia, sed
si ob gravitatem excessus, sive delicti per aliquem
ex eisdem subditis commoti animadversione opus
fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia
iudicium, cum lenitate severitas adhibeatur.

De Parochis et Parochialibus Ecclesiis.

Quilibet parochus penes propriam ecclesiam resideat
sub poenis per decreta Concilii Tridentini et con-
stitutiones summorum Pontificum latis.

Habeat praeter ceteros libros quibus Agenda ad
usum Provinciae Poloniae et Catechismum Romae,
num et exponat populo inter missarum solennium
aut divina officia salutis monita singulis diebus
Dominicis et festis solennibus, praecipue vero praesent

stantiam et signatam sacramentorum, quando ea ad-
ministranda forent. Retineat duos codices, in quorum primo
scribantur cum die, mense et anno, nomina et cognomi-
na baptizatorum, eorundemque parentum, nec non succe-
dientium; in altero nomina et cognomina contrahentium
matrimoniorum, testiumque presentium.

Habeat tabellam omnium festorum a populo celebra-
torum, ad hoc ut illa denunciare possit suo tempore
pro concione. Describat singulis annis tempore pascha-
tis numerum catholicorum in sua parochia existentium,
quem tempore Synodo Dioecesanae tradet Episcopo, sine
episcopi officiali generali, cui alter utrum etiam referat
sigillatim statum, vitam, et mores orium sibi conve-
ditarum. doceat catechismum in sua Parochia diebus
saltem Dominicis. Vocatur ad aegrotos accurat sine mo-
ra, imò etiam non vocatus ubi primum de adversa
valetudine aegrotorum cognoverit, invocat eosque hor-
tetur ad confessionem et suscipiendum Eucharistiae
sacramentum.

Pro Government orum administratione nihil exigat
nisi quod ultro oblatum fuerit.

In omnibus parochialibus renovetur singulis Dominicis
aqua benedicta et illa aspergatur populus juxta
praescriptum missalis Romani.

Pulsentur mane, et vespere singulis diebus ad salutem
tionem Angelicam.

Oleum sacrum atque Chrisma conserventur in loco be-
ne tuto et clauso, et decenti in vasis signatis et distin-
ctis ut unum ab olio cognoscatur, et quovis anno
utrumque renovetur veteri combusto.

9
Fons Baptismalis pariter sit semper vera clausus
qui conservetur valde mundus, episcopi quoque aqua sin-
gulis annis Sabbatho sancto renovetur, qua baptizan-
tur infantes.

Nullus sacerdos tam secularis quam regularis au-
deat exercere curam animarum absque approbatione
Episcopi sive eius officialis generalis sub poena suspen-
sionis a divinis ipso facto incurrenda.

Coemiteria sint septa circumquaque et clausa, ne
brutorum incursionibus pateant.

De Ecclesiis et earum ornamentis.

Cum plurimum prosit ad excolendam populi devotionem
et pietatem decor domus Dei prout Ecclesiae serven-
tur ubique mundae, omnique studio ornentur.

Ponantur in quolibet altari, in quo missa celebratur,
duo saltem candelabra, et crucifixus in medio, et tres
mappae prater pallium sive antependium decent ab Episco-
po benedictum item et tabella secretorum sive canonis.

Tabernacula, ut vocant, Ecclesiarum, in quibus asser-
vatur sanctissimum sacramentum sint ex tabulis, et
panno intrinsecus sericeo undique vestiuntur et ornen-
tur, conopaeisque decentibus contegantur, sintque vera
munita. Sint pixides cum operculis cum ad sacra-
mentum Eucharistiam servandam in Ecclesia, tum ad
illam deferendam infirmis, quae sint ex auro, vel ar-
gento, vel ad minus ex stanno, eaque velis decentibus
contegantur.

Altaria, Fones, Tabernacula saepe abtergantur a

pulvere, telis araneorum, et aliis sordibus; eorundemque altarium candelabra, mappae et alia ornamenta, et appa-
 ramenta ad sacrificium missae, ut corporalia, purifica-
 toria, calices, ampullae, quam mundissima conservent.
 Semel ordinibus in hebdomada Ecclesiae et capelle pur-
 gantur, pulvires et telae araneorum decutiuntur.

Reparetur diligenter fons baptismalis in singulis ecclesiis
 Parochialibus.

Sacrosanctae sint pariter ordinatae et mundae in iisque
 vestes, libri ac vasa sacra decenter collocentur.

Altaris vero pella, vela et alia vestimenta sacra et
 vasa proae vetustate consumpta incenduntur et cineres
 in sacrum projiciantur, aut in fossis pavimentorum
 jactentur.

Ad corporalia autem purificatoria, calices et alia
 hujusmodi lavanda propria habeantur vasa, in quibus
 nihil aliud fiat, et aqua postmodum in sacrum
 inferatur.

Thesaurus ecclesiarum conservetur bene clausus et in
 loco tuto. Fiat inventarium universae suppellectilis
 cathedralis ecclesiae, nec non omnium bonorum immo-
 bilium, jurium et monumentorum, bene et ordinate
 conscriptum, idque intra mensem reponatur, in archivio
 ejusdem cathedralis.

Bonorum autem immobilium nec non suppellectilis
 juriumque et monumentorum aliarum ecclesiarum
 tam Parochialium quam alterius generis duo fiant
 inventaria, quorum unum remaneat per Rectorem
 ejusdem ecclesiae, aliud vero consignetur in eodem
 archivio, ibique adserretur.

De rebus Ecclesiae non alienandis.

Inhaerentes constitutionibus summorum Pontificum et
 decretis sacri concilii Tridentini prohibemus tam cano-
 nicis et capitulo cathedralis, quam omnibus beneficia,
 titis civitatis et Diocesis omnium rerum et bonorum eccle-
 siasticorum alienationem omnemque pactum, per quos
 ipsorum dominium transferatur, item et concessione, hy-
 pothecam locationem et conductionem ultra triennium
 sub poena excommunicationis latae sententiae, nec non
 privationis ipsos facto incurrendae beneficiorum, dignita-
 tum, canonicatum et Praebendarum, aliorumque poenis
 per constitutiones summorum Pontificum sancitis, quibus
 pariter inhaerentes declaramus alienationem, hypo-
 thecam, locationem, et conductionem hujusmodi
 nullius roboris et momenti.

Ornamentum itidem ecclesiae, ut sunt cruce, calices,
 candelabra, et alia hujusmodi ac aliorum ecclesiae
 mobilium bonorum oppignorationem venditionemque
 seu emtionem jurium, privilegiorum, actionum, vel
 eorum occultationem aut denegationem propriis eccle-
 siis omnino prohibemus sub poena excommunicationis
 latae sententiae et aliarum poenarum arbitrio
 Reverendi D. Epi irrogandorum.

De Sacramento Baptismi.

Baptizando infundatur ter aqua super caput Baptizandi,
 si cum prolatione verborum i Ego te baptizo in nomine
 Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen.

Si dubitetur an baptizatus in domo privata seu infans
expositus fuerit antea baptizatus et propterea videretur
Parochus rebaptizandus, diligenter ve examinata oratio,
beatus haec forma; si non est baptizatus, Ego te bapti-
zo in nomine Patris etc.

In paternos seu maternos ad levandum baptizandum
de sacro fonte unus aut una admittatur rite ad
omnium unus et una et non plures.

Doccant parochi qualiter ex baptismo contrahatur
cognatio spiritualis inter suscipientes ex sacro fonte,
et ipsum baptizatum et inter baptizati patrem et
matrem nec non inter baptizantem et baptizatum, bap-
tizatique patrem et matrem, sicuti in sacro concilio
Tridentino sancitum sit est.

Huiusmodi autem cognatio spiritualis impedit matrimo-
nium contrahendum et dirimit contractum.

Supradictorum autem nomina et cognomina ipse sacer-
dos manu propria in libro baptismorum describit in
hunc modum Anno - , die - , Mense - .

Ego N. Parochus ecclesiae parochialis N. baptizavi
N. filium N. N. conjugum legitimorum, patrini fuerunt N. N.

Doccant itidem parochi populum in sacramento con-
firmationis et cognationem contrahi inter confirmantem
et confirmatum, confirmatique patrem et matrem, ac
terentem, quos tam huiusmodi cognatio non creditur.

De Sacramento Poenitentiae.

Nullus poterit confessiones etiam secularium sacerdotum
audire, neque ad id officium idoneus reputari, nisi aut
parochiale beneficium habuerit, seu ab Episcopo rive
ejus Vicario generali per examen (si videretur esse ne-
cessarium) aut alias idoneus fuerit iudicatus. Quod idem

11
intelligendum est de Regularibus, quibus licentia obventa
a suis Superioribus non suffragatur, nisi habuerint etiam
licentiam ab Ep'o, seu ipsius officiali generali ad id fau-
ltem habentes.

Confessarii examinent breviter poenitentes an sciunt ne-
cessaria ad salutem, exquirantque de statu et conditione
eorum, item a quanto tempore fuerint confessi, an
tempore ultimal confessionis integre sint confessi, an
impleverint poenitentiam sibi injunctam, an praenitendo
diligenti examine ad confessionem accesserint et an re-
periuntur innodati aliqua censura ecclesiastica.

Audiant pariter patientes et obtente poenitentes dum
recensent peccata sua et studeant confirmatione vacillan-
tes, ignorantes instruere, tepidos excitare, timidos erigere etc.
Caveant ne dum confitentes narrent peccata graviora
aliquam occasionem suspitionis dent circumstantibus,
ut suspirando, signatur se cruce expuendo, caput exi-
tando, aut contrahendo frontem, sive alias quomodolibet
signum aliquod admirationis seu orationis ostendant,
sed perinde ac si nihil huiusmodi audirent, dissimulent
donec confessio absoluta fuerit.

Non injungant sales poenitentes, ex quibus alii faci-
le venire possunt in cognitionem peccatorum, quae poe-
nitentes sunt confessi.

Inquirant diligenter de peccatis et numero et specie illo-
rum ^{cum} circumstantiis speciem peccati mutantibus aut
peccatum aggravantibus secundum statum et conditio-
nem cujuscunque poenitentis.

Si poenitentes noverint vel ob pudorem vel ob simplici-
tatem recensere peccata sua interroget illos confessarii
sigillatim de commissis et omittis contra mandata Decret-
logi, praecepta ecclesiae, et opera misericordiae, de

peccatis mortalibus et huiusmodi, adhibitâ uti necesse
erit distinctione peccatorum cogitationis, verbi et operis.

Advertant ne nimium importunis atque scrupulosis quaes-
tionibus doceant simplices peccata quae ignorant, et ne
eurent scire nomina eorum cum quibus confitentes pecca-
verint.

In poenitentis ingruendis non sint nimium mitis neque
nimium severi, sed pro qualitate peccatorum, dolore,
valde, aetate, obatu et conditione, poenitentium eas poe-
nitentias congruentes imponant, quibus ardeantur quidem
peccatores a vitis, sed non deterreantur a confessione.

Alia non utantur confessarii absolutiois forma, quam
ista, videlicet, miseratur tui etc; Indulgentiam etc.
Dominus noster Iesus Chr. te absolvat, et ego auctori-
tate ipsius mihi concessa, absolvo te imprimis a vinculo
excommunicationis, suspensionis et interdicti in quantum
possum et indiges. Deinde eadem auctoritate absolvo te
ab omnibus peccatis tuis in nomine etc. Passio Domini
nostri Iesu Christi et meritâ Beatissimae Mariae Virginis
et omnium sanctorum et quicquid boni feceris et mali
sustinueris, sit tibi in remissionem peccatorum, augmen-
tum gratiae et praemium vitae aeternae. Amen.

Habeat quilibet confessarius cartulam sive tabellam casuum
Episcopi reservatorum nec non et Bullae in coena Domini;

Item et aliquos duces casuum censurâ, praecipue
vero instructionem sacerdotum Toleti legat.

Sint confessionalia hac ratione extructa, ut inter poeni-
tentem et confessarium intersit assis, in quo fenestella
cum craticula ferrea collocetur.

Caveant ne absolvant eos qui forent concubinas aut non
evitent quando possunt, occasionem propinquam pecca-
ti, aut propter aliquem contractum usurarium, sive ali-
quam aliam causam tenentur ad restitutionem faciendam,
nisi illam fecerint actualiter cum potuerint.

12
Nullus audeat in votis dispensare seu illa commutare absque
speciali facultate sibi ad hoc concessa.

Prohibetur omnino confessariis ne sibi applicent eleemo-
sinas injunctas poenitentibus. Nullus attentet absolvere
poenitentes absque licentia debita in casibus non solum
omni Pontifici, eoque Sanctae sedi apostolicae, sed
neque etiam Ordinario loci reservatis, nam praeterquam
quod huiusmodi absolutio existat nulla, incurrit etiam
huiusmodi poenas et censuras in sacris canonibus et con-
stitutionibus summorum pontificum contra sic absolventis
fulminatas.

Ut autem reciant confessarii quando casus sit dicen-
sus reservatus, ad tollendum omne dubium, declaramus
eum incidere in casum reservatum, hunc quando actus
ille prohibitus est perfectus et consummatus in opere exteriori.

De Sacramento Eucharistiae.

In quolibet Parochiali Ecclesia sicut in cathedrali
servetur continuo sanctissimum Eucharistiae Sacramen-
tum, cum quinque saltem particulis consecratis octavo
quorvis die renovandis, ante illud vero lampas, aut
candela accensa ponatur.

Ad ministrantes Eucharistiam non discurrant per eccle-
siam, ne periculum aliquod inde exoritur, aut irreverentia
sanctissimi Sacramento contingat, sed potius ad altare
majus illud ad ministrant, aut certe ad aliud, si magis
opportunitate videatur, muniendo cancellis vel scammis
aequalibus cingendo ad tempus, in quibus nuda aliqua
mappa sternatur duobus candelis in altari accensis, et
facibus hinc inde ubi ecclesiae facultates permiserint.
Comunis detur ex calice consecrato, seu pixide in hunc
finem parata, non autem ex patina propter periculum,
ne vento aut insufflatione vehementiori, vel alio modo

ineauto particulae consecratae in terram deiciantur, licet ob paucitatem communicantium potius interdum uti licebit.

Ablutio communicantis datur in calice argenteo vel stanneo, aut vitreo non consecrato, minime vero in calice, quo sacerdos utitur in missa, nec ab ipso sacerdote porrigitur.

Ad infirmos deferatur hoc sacramentum quae honorificissime a sacerdote induto superpelliceo et stola in vasculo decenti et velato procedentibus ministris cum facibus, vel cereis accensis, et tintinabulo.

Aegrotus non longe absit ab ecclesia deferatur ad minus duae hostiae consecratae, ut pro reditu una maneat in pside, ne vasculum inane odoretur a praesentibus.

Si vero aegrotus remotus sit ab ecclesia ac proinde curru vel equitem sacerdotem ire necesse sit, tum apparatus praedictus omisso unicam hostiam in perula decenti assumat, quae ad collum appendeat, proficiens moesto et lento gradu; ad locum vero ubi aegrotus decumbit postquam pervenerit superpellicem et stolam adhibeat, tandem administrata Eucharistia perulam oculis, et et in silentio domum redeat.

Moneant sacerdotes eos, qui pro aegrotis Eucharistiam petunt, ut cubiculum in quo is decumbit mundum sit a sordibus, prophana amoveantur, et scandalosa, mensa mappa aliqua decenti et munda sternatur, ut in ea sanctissimum sacramentum cum corporali collocetur.

De Missae sacrificio.

Sacerdos nullus missam novam celebret, nisi prius bene fuerit instructus in caerimoniis secundum ritum missalis Romani.

Nullus celebrare praesumat legitima non obtenta facultate in oratoris, seu locis, ac aedibus privatis, neque

13
in ecclesia interdicta, seu prophanata effusione violenta sanguinis, vel haereticorum aut excommunicatorum sepultura, sive alias quomodolibet polluta, seu execrata, ante reconciliationem sub poena suspensionis a divinis ipso facto incurrenda, et aliis poenis ab arbitrio Episcopi, copi irrogandis.

Non admittatur ad missam celebrandam excommunicatus, interdictus, vel suspensus ab ordinum exercitio, neque ullus vagus, peregrinus, ignotusque sine litteris dimissorialibus sui Ordinarii, aut testimonio conservationis suae.

Missae non celebretur nisi in altari consecrato, aut saltem portatili integro, non violato et laetate capae, citatis, ut erit de calicem et hostiam continere possit, suppositis ad minus tribus mappis mundis, quae totum altare contegant et duribus cereis accensis.

Vinum quo utitur sacerdos in missa sit defaecatum, merum non acidum, neque alias quomodolibet corruptum, hostia quoque sit ex puro tritico candida illacsa et recens.

Non utatur sacerdos in celebratione missae vestibus corporeis, valibus, pallis, purificatoribus et aliis ornamentis, nisi oritur benedicta ab Episcopo: ad altare accedens, ut missam celebret, caput cooperiat.

In missarum celebratione non adhibeantur alii ritus aut caeremoniae nec preces seu verba praeter ea, quae veribuntur in missali Romano ex Decretis Pii V et Clementis VIII summorum Pontificum edito.

De Sacramento matrimonii.

Caveat tam parvulus quam quiris alius sacerdos ne benedicat aut celebret matrimonia contra dispositionem sacrorum canonum et decretorum sacri concilii Tridentini, nec talium matrimoniorum celebrationi interit

sub poena suspensionis a Divinis ipso facto incorrenda, alioque poenis arbitrio Episcopi irrogandis, neque alienae Parochiae sponsos, matrimonio conjugere praesumat, nisi de licentia proprii Parochi, aut Episcopi sub eadem poena.

Persuadeant parochi sponsis, ut antequam contrahant matrimonium, vel triduo saltem ante ejus consummationem, quo uberem gratiam et benedictionem a Deo recipiant peccata sua confiteantur, et sanctissimo Eucharistiae sacramento se reficiant.

In administratione porro sacramenti matrimonii observent diligenter, quae in agenda praescribuntur. Notabunt denique diligenter administrantes haec sacramenta nomina, et cognomina tam conjugum quam testium, qui aderunt, et diem et locum contracti matrimonii in libro ad hoc destinato exempli gratia anno, mense, die. Ego N. Parochus seu vicarius ecclesiae parochialis N. administrari oera, mentum matrimonii contracti inter N. N. in ecclesia N. praesentibus N. N. et pluribus juxta formam S. R. C. manne ecclesiae.

De extrema unctione.

Administratur extrema unctio aegrotis postquam alia sacramenta susceperint durantibus adhuc integris sensibus. Si inter unguendum aegrotus expiraverit, omittetur unctio, si vero dubium an mortuus, seu vivus sit, terminari poterit hoc modo; si es vivus per istam unctio- nem, indulgeat, etc.;

Observentur quae praescribuntur in libro agendorum circa administrationem hujus sacramenti.

In una et eadem infirmitate semel tantum infirmus ungetur, idque in extremis, si autem convalescit poterit repeti unctio quoties incidit in omnem vitalem periculum.

14
Docent parochi populum vinum et effectus hujus sacra- menti videlicet, quod abstergat peccatorum reliquias, re- gredi animam allevet et confirmet, magnam in eo di- vinae misericordiae fiduciam excitando, qua infirmus sublevatus et morbi incumbrata ac labores levius ferat, et tentationibus Daemonis calcaneos insidiantis, facilius resistat, et sanitatem corporis, ubi salutem animae expetiri consequatur.

De Professione fidei.

Quibus providetur de Communicatis et dignitatibus in Cathedrali emittent non solum coram Episcopo, seu ejus officiali generali, sed etiam in capitulo professionem fidei orthodoxae, nec non veram obedientiam summo Ponti- fici Romano promittent, simulque haereses omnes a sacris canonibus et generalibus conciliis, praesertim Tridentinis damnatas publice detestabuntur, et anathema, dirabunt juxta praescriptum Bullae Pii V, alioquin non facient fructus suos.

Provisi similiter de beneficiis curam animarum habentibus, beneantur a die acceptae possessionis ad minus intra duos menses in manibus ipsius Episcopi vel ejus officialis generalis eandem orthodoxae fidei professionem facere, et in Romanae ecclesiae obedientia se perman- surus spondere, ac jurare, quod etiam praestabunt omnes qui promovebuntur ad quodlibet beneficium etiam simplex. Eandem professionem fidei omittere debent omnes sacerdotes et clericos in quovis Dioeceseana.

Item omnes concionatores verbi divini antequam progre- dicant incipiant. Supradicti autem omnes hujusmodi, si professionem fidei emittent per se, et non per alium. Curabit etiam Episcopus ut eandem professionem fidei emittant omnes, qui grammaticeam et caeteras artes, lib- rales etiam privatim docent.

De visitatione Synodi et quibusdam aliis.

Quando illot. et Radom. Dñs Episcopus capitulum ecclesie cathedralis visitabit, illiusque personas, quos facere potest toties, quoties opus fuerit juxta dispositionem sacri concilii Tridentini nec non dioecesim per se, aut si legitime impeditus fuerit, per vicarium sive officialem generalem, aut alium visitatorem visitare voluerit, scopus visitantis erit sanam et orthodoxam doctrinam propagare, bonos mores tueri, pravos corrigere et emendare, populum exhortationibus et piis monitis ad religionem, pacem, innocentiamque exhortare, sacrosancti concilii Tridentini abstinentiam quantum fieri poterit promovere prescribere ea, quae spectant ad debitum adhiberi in divinis officiis ordinem, idcirco expediret edere singulis annis calendarium sive Rubricellam ad usum istius ecclesie secundum Rubricas Brevarii Romani nuper recogniti, in qua nomina Patrum novum Poloniae adscriberentur, inire rationem ut tollatur detestabilis abusus, qui regnat in quibusdam locis hujus provinciae eadem festa bis celebrandi una vice secundum novum, altera secundum antiquum calendarium, caeteraque prout locus, tempus et occasio tulerit ac praedictis declaravit ad fidelium utilitatem constitutere.

In Synodo quae quotannis celebrari debet ad quam tam capitulum cathedralis quam universus clerus civitatis et dioecesis accedere tenentur sub poenis arbitrariis ejusdem Reverendissimi Domini Episcopi irrogandis, fieri debet diligens inquisitio morum tam clerici quam populi ad hoc, ut provideri possit iis, quae emendatione indigere videbuntur. Eligentur examinatores synodales, qui coram episcopo seu episcopi officiali generali examinantur promovendos ad curam animarum et ad audientiam confessionum fidelium, jurabuntque dicti examina-

tores ad Sancta Dei Evangelica se quaecumque humana effectione postposita fideliter hoc munus executores, nec non delegentur in iudices synodales ad minus duae personae ad id idoneae, quibus committi possint causae ecclesiae, si aeternae ac spirituales a Sancta Sede apostolica sive ab illius et Radom. D. D. legatis, nunciisque apostolicis. Sobrie et magna circumspeditione exercetur gladius excommunicationis, cum experientia doceat quod si demere aut levibus de causis fulminetur magis condemnatur quam formidetur.

Laudabile foret Reliquias Sanctorum pro ecclesia cathedrali procurare quae sibi obtental fuerint bene in specieis argenteis, seu alias vasculis decentibus includentae et servandae erunt, ut diebus festis solennioribus in altari majore exponi possint et a populo honorari.

Si aliqua praeterea indulgentia a Summo Domino nostro pro eadem ecclesia cathedrali impetrabuntur res ad modum salutarias fidelibus populis praestabuntur.

Esset erigendum Seminarium aliquot in quo adolecentes pro hac dioecesi educari et in pietate ac litteris instrui possint juxta dispositionem sacri concilii Tridentini.

Scholas praeterea in singulis parochiis, in quibus pueri doceantur cum exinde emineat ecclesiae Dei fructus incredibilis, praesertim vero sumptu Rmi Dni Epi in oppidis Episcopalibus juxta praescriptum foundationis hujus Episcopatus instituire operae pretium erit, constituique officiales foraneos in aliquibus locis iniquioribus provinciae pro majore ecclesiarum et fidelium utilitate.

In quorum fidem est: Datum Rigae die ultima Februarii, millesimo sexcentesimo undecimo, Pontificatus

16
fictus Imi Dni nostri Pauli divina providentia
Papae V anno sexto.

Jo: Maria Bellettus Sanctae Ecclesiae
Vendensis Livoniaeque Vicarius apostolicus.

locus sigilli

Supradictae constitutiones apostolicae in quorso
Diocessana celebrata in civitate Rigae die supra,
dicta intimatae, lectae et publicatae, de quarum
intimatione, lectione et publicatione ego Notarius
infrascriptus rogatus fui. Praesentibus admodum
R. R. Dⁿⁱs Georgio Schbellio Scholastico Vendensis
et Balthasaro Gotardi Proeposito Derpatensi,
testibus vocatis, rogatis et adhibitis.

Jo. Dominicus Possis Sacra Caesarea et Imperia
li auctoritate nec non supradictae vicariae,
nis apostolicae

Notarius de mandato.

Synodus Diocessanae
Vendensis et Livoniae.

Celebrata Rigae per Ill^m et Rev^m in Christo
patrem ac D. D. Othonem Scheuning, Dei et Apostoli,
cae Sedis gratia Episcopum Vendensem Livoniaeque
et absoluta die 4. Martii 1611.

Adstante R^{mo} D^{no} Joanne Maria Belletto F. V. D. Vercellensi,
si, Prothonotario Apostolico nec non ejusdem Ecclesiae
Vicariatus Apostolici.

Vilnae apud Joannem Karcanum.

Cum ad festos Dedicacionum Ecclesiarum dies singulis
 annis solenniter celebrandos Salvatoris nostri ad encaenia
 Hierosolymis celebranda ascendenti exemplo omnes fide-
 les induci debeant, statuimus festum Dedicacionis Ec-
 clesialis Ecclesiae Vindensis per totam Provinciam Li-
 voniam cum octava eisdem in Cathedrali tantum esse
 celebrandum; cum autem ignorentur dies praecitata ipsius
 Dedicacionis determinamus huic celebrati primam Do-
 minicam post festum Assumptionis Beatorum Vir-
 ginis. — Praecipimus quoque ut in Calendario si-
 ve Rubricella edenda ad usum Provinciae Livoniae
 addantur haec festa Patronorum Coloniae videlicet
 S^{ti} Casimiri Confessoris, quod celebratur 4. Martii;
 S^{ti} Adalberti Episcopi et Martyris 23. Aprilis, S^{ti}
 Floriani Martyris 4. Maji, S^{ti} Anselmi Episcopi
 et Martyris 8. Maji, S^{ti} Vincenzii Martyris 28. Septembris,
 quorum festa celebrentur in choro sub officio supplicii.
 Decernimus pariter ut non in choro tantum, sed et in
 populo celebretur festum Exaltationis Sanctae Crucis
 ex consuetudine antiqua huius Provinciae Livoniae.
 Et quemadmodum Sacrum Concilium Tridentinum
 humillime in hac praesenti Synodo acceptavimus, ita
 et illius observantiam volumus, et praecipimus con-
 stituciones eidem visitationis apostolicae observari
 mandamus, cum nihil fuerit salutaria condere de-
 creta, si ea opere, quod maxime requirimus, non
 compleverintur.

Ut festorum et jejuniorum dies facilius sciri et
 observari possint eos inseriem et tabellam certam
 redigi curavimus, quemadmodum etiam modo edi-
 dimus tabulam eorum, quod nobis reservator esse
 volumus.

15. Aug.

4. Martii

23. Aprilis

4. Maii

14. Sept.

Nimis sane indecorum est, quod observavimus differ-
mes esse in ecclesiis hujus provinciae cationes spiri-
tuales et modum catechizandi; ad servandam igitur
uniformitatem cationes ejusmodi spirituales dili-
genter emendari et imprimi curabimus.

Quamvis nostri Pastoralis officii sit ecclesias et
earum Rectores visitare, seduloque de omnibus eis,
ea cultum Divinum bene peragendum et animarum
curam habentium vigilantia et vita inquirere, nihilo-
minus propter vastitatem diocesis nostrae, et ob plu-
rima alia negotia et alias difficultates quibus ita
disponente Domino premimus, officiales sive Vica-
rios Foraneos in partem sollicitudinis nostrae per dio-
cesim nostram instituendos duximus, quorum munus
erit ecclesiarum sibi assignatarum secundum formam
Sacrorum canonum et Sacri Concilii Tridentini et
Constitutionum visitationis apostolicae visitationem
faciendi, et quae emendatione indigere cognoverint emen-
dandi et reformandi et quoslibet abusus tollendi, con-
cilium Tridentinum, constitutiones visitationis aposto-
licae, nostrasque ordinationes observari faciendi, congre-
gationes parochiarum et aliorum sacerdotum intra fines
sui officialatus opportunas convocandi, celebrandi,
et illis praesidendi, et alia gerendi et exercendi, quae
nos pro majori servitio animarum et Divini cultus
augmento illis demandare iudicabimus et postmodum
de omnibus, quae ipsi peregerint nos certiores fa-
cere non praetermittent.

In executionem decretorum Sacri Concilii Triden-
tini Praesentiarum instituimus R. D. Georgium
Herbellium, Scholasticum Vindensem et Examina-
tores synodales ad praesens per nos delecti constituen-
das, videlicet, R. R. D. D. Joannem Tecnon S. V. D.
et Archidiaconus, dictus Georgius Herbellius,

18
Olavus Alginus Canonicus Vindensis ac Rev. Pater
Laurentius Norvegus Societatis F. C. O.

Inhaerentes pariter Decreto ejusdem sacri Concilii
Tridentini de iudiciis Delegatis ad causas a Sancta
sede apostolica seu ab illis et R. M. S. D. D. legatis
sive Nunciis Apostolicis deputavimus. Duas perso-
nas ad huiusmodi negotium idoneas, videlicet R. R.
D. D. Joannem Tecnon et Olavum Alginum.

Olo Schenking Episcopus Vindensis Lioninque

Joannis Dominiensis Possis
Supradictae Synodi Notarius.